Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1693

Quelle:
Copyright:



*cas* XLIX. ejus vero loco adtexta eſt primum Inſtitutio quaedam: *Quomodo ſit orandum*, dein ſuccedunt *Sermones* aliquot de Natali et Paſſione Domini, et Miraculum S. *Marci*, et tum demum, certe Librarii errore, haec formula: *Explicit ſumma magiſtri alani de arte predicandi. Finitus eſt ſabbato poſt feſtum ſancti Jacobi apoſtoli maioris In Anno domini ab incarnatione eiusdem Milleſimo Trecenteſimo.* LX. IX°.

VI. *fol.* 259. p. 2. Sermones III. Prior de Spiritu S. in illud: *Paraclitus ſpiritus ſanctus. Joh.* 15. *In verbis iſtis circa miſſionem ſ. ſ. tria tanguntur* &c. Alter Dom. XI. poſt Pentec. in illud: *Aperte ſunt aures eius* &c. *Matth.* 7. *In iſtis uerbis deſcribuntur duo* &c. Tertius de extremo Judicio in illud: *Tunc videbunt filium hominis in nube* &c. *Luc. 21. Poſtquam in precedenti ſermone de libris eterni iudicis diximus* &c.

## CCCCXXXI.

923 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 222. 4. probe ſcriptus et rubricis diſtinctus Partes *Scripturae ſacrae* per *Quadrageſimam* in Eccleſia legi ſolitas exhibet, ita exaratas, ut inter lineas locus relictus ſit Commentariis, qui charactere minori inſeruntur. Initium ductum eſt a die *Cinerum* hoc modo: *Imutemur habitu, in cinere et cilicio ieiunemus et ploremus ante dominum.* Ubi Commentarius: *Hijs verbis omnes generaliter invitamur ad penitentiam, que principaliter in quadruplici conſiſtit opere prout verbis propoſitis demonſtratur* &c. *Joh. Huſſi* Opus eſt, ut dictum *Cod.* praeced. quem conſule; ſed hic plenius, et definens in *Domini Paſſionem* e IV. Evangeliſtis concinnatam, quae legitur etiam in *Opp. omn.* edit. 1715. T. II. p. 8. Gloſſae *bohemicae* per totum vagantur. Ad calcem adduntur: *Sermo de Reſurrectione* in illud: *Reſloruit caro mea. Pſ.* 27. imperfectus. Expoſitio Antiphonae *Regina Coeli*, et Contemplatio Paſſionis Dominicae, quae incipit: *Poſtquam perpendo iniuriam que facta eſt Chriſto nocte hac* &c. quam pariter inchoatam deſtituit Librarius.

## CCCCXXXII.

Codex chartaceus lat. Sec. 922 XV. Folior. 236. 4. ab una manu in Bohemia exaratus et rubricis diſtinctus continet ſequentia: I. *Incipiunt dicta Magiſtri Johannis de Huſſynecz contra Cruciatam fulminatam per johannem papam viceſſimum tercium in ladislaum Regem napulie* (Neapolis ſ. Apuliae) *cum ſuis complicibus Anno domini M°. CCCC°. XIII.* Initium: *Triplici ratione ad preſens negotium vrgeor* &c. Nihil hoc negotium ad *Huſſum.* Tractatus iſte alias etiam *de Indulgentiis* inſcribitur, extat edit. *Opp.* 1715. T. I. p. 215. Vide et *Indicem.*

II. *fol.* 21. p. 2. *Sequitur alia Replica in ſecundo actu Magiſtri*